



67

Dudum dictum ē quomodo iebusaeos non potuerunt filii iuda ex
terminare. sed & de amorreis quos exterminare non potuerunt.
filii effrem habitantes in medio sin. quibus similia & iam praesens lea
tio refert de amorreis dicens. qui a permanit amorreus habitare
in helom ⁱⁿ & grauis effecta est manus effrem super eos; amorreus.
Interpretatur amarus. uel amaritudo. habitantes ergo in helom que
interpretatur pax. pacifici permanent & habitant amaritudines in a
rietantibus & pacificis. Arietantes sunt hi qui in agone positi ex
pugnare diabolicas aedes & destruere conantur. pacifici uero qui in
carnalibus concupiscentiis superat. pacem animae. agerunt. In uicis
que tamen perseverare contendit. Contraria uirtus amaritudinis
& persistere. in quo tale aliquid intellegere aliquid possimus quia
dicit. Permanit amorreus in pisis. uerbigata siminica uir
tutis demonis ex amaritudine turba ueniens. obsidet alicuius corpus.
perturbat & suscipit mentes. adhibentur autem multae orationes
multa ieiunia. multae exorcistarum bonae. sed adhibita sibi ex dno
minis in uocatione. tormenta mauult pati quam discedere ab homine
quem in pudenda. obsidet & nequitur. Ita & iam hic intellegendum ē
in istis qui dicuntur. amorrei qui permanent & persistunt habitare in helom
& in salamin. Sicut uere ostendit scriptura. qui a perferentes poe
nas & flagella persistunt. dicit & grauis facta est manus effrem sup
amorreos. quibus autem grauis efficitur manus effrem sup amorreos
uel exorcistarum ut diximus manus impositiones mentis imposita
grauari dicitur sup mundos sp̄s manus effrem uel bona actus uel bona
opera grauantia adfligunt demonum genus contrariasque uirtutes.
Quanto enim nos meliora gerimus. & quantum in optimis conuertimur.
tanto illis haec molesta efficiuntur & graua. gratum uero